Korrespondenz

mit der

Reformierten Kirche

1785, 1976, 2009, 2011–2012

15054.

Excellentissime, Illustrissime, ac Reverendissime Domine Episcope!

Quam Franciscus Gyarmathy Minister Acatholicus Makoviensis per Cottum Csanadiensem super eo consitutus, quare et tiranam in Ecclesia Catholica promulgationem subire, et Actus Ministeriales Regestro Catholico inseri curare detrectet, exhibuit, et praefata I. Universitas horsum submisit Declarationem Excellentiae Vestrae in vicem petita de dato 28. Febr. A. C. hoc in Merito Instructionis hisce communicari. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico Budae Die 6ta Junij, Anno 1785. celebrato.

Ad Officia paratissimi.

Comes Josephus Csáky

Franciscus Kerler

D. Eppo Csanad. catt.

Istepney Fodor

Copia.

Ad Illustrem Cottus Csanadiensis.

Inclyta Universitas, Domini Domini mihi gratiosissimi, Colendissimi.

Ad Gratiosum Excelsi Consilij Locumtenentis Regij Intimatum die 17a Martij a. c. sub No 6224. emanatum, quo Acatholici Makovienses Rationem facti ejus praestare jubentur, cur nempe rei trinam Matrimoniorum suorum in Ecclesia Catholica promulgationem subire, nec Actus Ministeriales Regestro Catholico inseri curare velint; I. huius Cottus Csanadiensis, Minister Acatholicorum Makoviensium, infrascriptus Nomine suorum Auditorum Auditorum demisse rationem facti exponens, pro fundamento utriusque facti bina gratiosa Excelsi Consilij Locumtenentis Regij Intimata ponit; et quidem

1o Quod trinam Acatholicorum Matrimoniorum in Ecclesia Romano Catholica promulgationem attinet, quum illa per gratiosum Suae Sacratissimae Majestatis Mandatum die 15. 9bris anni 784. No 25886. per Excelsum Consilium Locumtenentiale R. Intimatum, ad Loca privato duntaxat Religionis Exercitio ex novi B. Toleratialis Decreti provisa, sit restricta, Acatholicorum vero Makoviensium Religionis suae Exercitium non privatum, verum publicum sit, per praememoratum gratiosum R. Mandatum jam ante Tolerantiale Decretum Decretum in actuali ejusdem usu existens, adeoque Locus Articularis ex ejusdem suprafati gratiosi Mandati Regij; idcirco Acatholicos Makovienses gratiosum illud Mandatum Regium Matrimoniorum Acatholicorum in Ecclesia Catholica promulgationem jubens non stringere.

2do Quod actuum Ministerialium Regestro Catholico insertionem cernit, hujus non praestationis ponitur fundamento Gratiosum Excelsi Consilij Locumtenentis R. Intimatum die 17. Sept. 784. No 21,428. emanatum, quod quia relativum esse Intimatum videtur, radicans se in gratioso Mandato Regio Normativo die 14. apr. 784. No 7621. per Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium Intimato, illud Ministros Locorum privato duntaxat Religionis Exercitio pro-
visorum.

(visorum, ad actus Ministeriales Parocho Catholico, vel Ju-
dicii Nobilium insinuandos et inditandos obliget; hinc consequi
videtur, Acatholicorum Makoviensium Publico Religionis suæ
Exercitio jam multo ante Tolerabile Decretum promulga-
tum ab initio fere Seculi hujus labentis non interrupte ga-
visorum, Actus Ministeriales Registro Catholico inserendos
non juberi.

Hæ sunt I. Ustittas rationes illæ, quibus Acatholici Ma-
kovienses fundari nec tenam Matrimoniorum horum Promul-
gationem in Ecclesia Catholica subire, nec Actus Mini-
steriales Catholico Registro inseri curare hactenus volue-
runt. Parati interim Gratiosæ Sme huic Mattis Or-
dinationi semper in omnibus subditali cum Obedientia subji-
cere. Quibus I. Ustitti Csanadiensi debita cum Sub-
missione ita expositis; sum et persevero in Oppido Eppali
Makó die 8a May 785. I. Ustittis Dnoi Dnoi gratio-
sissimo Colendissimo Cultor devotissimus, et servus humillimus
Franciscus Gyarmathy Minister Acatholicorum Makoviensium mp.

Eman. Rae Prol. 27a Junii 785.

Francisci Gyarmathi Makoviensis Mini:
stri acatholici transitum in Ecclesiam Catholicam
promittentis et a [illegible] ministerio Re:
[illegible] curare [illegible]
declarans Episcopo communicavit.

32

Excellentissimo, Illustrmo, ac Rendmo Domino Emerico
Kristovics, qua Episcopo Csanadiensi.

V-Aradino
Tornyam.

Ex Offo